



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

Coloniae Munatianæ, 1665

XXVIII. De Institutionibus, & Iure Patronatus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](#)

Nam & si, qui conceditur ut idoneo possit in sua vel aliena Ecclesia providere beneficium, aliud obtinendi provideret non potest, nisi vel primo ille beneficium quod obtinet, omnino dimittat, vel in concessionem huiusmodi expressum, quod etiam beneficiate valeat pro vide personae: quo casu unicum duntaxat beneficium, atque illud non curatum obtinendi, provideri poterit. Sed si concessum fuerit, ut providere illi valeat qui & alia beneficia nesciunt obtinere, huiusmodi pluralitas debet summa ad duo beneficia non curata restringi.

Mandatum simpliciter providerendo, non extendetur ad beneficium curatum, vel electivum. b.d.

Ex natura quoque & beneficii qualitate Apostolicum scriptum restrictionem recipit: nam si de quibuscumque beneficiis provideri mandatum fuerit, de animarum cura mentione non habita, de iis providerendum non erit, quibus huiusmodi cura noscitur imminere, illis quoque, pro quibus scribitur ut de personatis & dignitatibus ad collationem, provisionem, presentationem, vel dispositionem pertinentibus quorumcumque providerentur, de iis provideri non poterit, ad quos per electionem praeificandi assumuntur.

Gratia aliqui cancella, ut providerere posse personis idoneis in certa Ecclesia, personis non expressa, non usurpari re integra, per obtinendum concedunt: sicut si personae essent expressa. b.d.

Illud quoque omittendum non est, Quod si cui b. nulla facta personarum expressione sit gratiosè concessa facultas, ut autoritate Apostolica aliquibus personis idoneis in certa Ecclesia providerere possit, vel beneficiis, quorum collatio est ad fedem Apostolicam legitimè devoluta, conferre: huiusmodi concessio etiam re integræ, per obitum concedatur non expirat: sicut, si super provisione certæ persona facienda eidem sit data potestas, non ob suam, sed ejus, cui provideret, gratiam vel favorem. Illa enim expirat omnino, si concedens re integræ moriatur.

Mandatarum, cuius non est clista industria, potest alteri mandare. b.d.

Illud etiam interest, Vtrum, cui ab Apostolica sede provisio de beneficio in certa Ecclesia, diocesi, vel provincia certa persona facienda committatur, an de certa Ecclesia incerta tamen persone? Primo enim casu licet quis vices suas alteri committere poterit: secundo vero, cum in eligenda persona mandataris electa videatur industria, provisionem sibi commissam alteri demandare, non poterit, nisi forma commissionis id habeat, ut per se, vel per alium hoc expedite valeat.

Beneficia Ecclesiastica debent sine diminutione conferri. b.d.

Postrem illud sciendum est, tam Turenensi & concilio cauimus esse, ne præbenda aliquam lesionem patiantur: quam ex Lateranensi, ne quis conferens beneficium Ecclesiasticum, partem preventuum suis usibus retine audeat, cum sine ulla debeat diminutione conferri.

DE INSTITUTIONIBVS, ET IVRE PATRONATUS.

TITVLVS XXVII.

Quando dicatur provideri per Institutionem, quid sit ius patronatus, & quibus modis constituantur. b.d.

Accedit autem interdum, ut prelati liberam de vacantibus beneficiis disponendi facultatem non habeant: quod tunc evenit, cum ea vacare contigerit, in quibus aliquis ius obtinet patronatus: tunc enim strictè sumptio vocabulo, non conferre, sed instituire dicentur eos, quibus præsentante patrone providendum erit. Est igitur ius patronatus, potestas præfendantis instituendum ad beneficium vacans. Constituitur autem

a C. i. c. de præb. in 6. b. C. si cujus nulla de præb. in 6. c. C. majoribus ext. de præb. d. gl. i. can. pia mentu. 10. q. 7.

tales ius variis modis: veluti, Ecclesia xdiuatione, donatione, & similibus.

Ad fidicani ritè, vel donanti, acquirit ius patronatus: & inquis debet conuocanda, quem sequentur in conuocanda. b.d.

Acclesiasticus de conuerso dicecefanus, juris ordine levior, construxit. Donatione acquiritur, ut can. 15, qui non fundavit, Ecclesia pro dote certa bona assignavit. Sic enim in carnali matrimonio ad onera sustinenda eos signari debet, ita etiam concedenda sunt Ecclesiæ, quæ ad luminaria, & ad custodiā, & ad stipendia custodiam, & ad cetera sacra domui necessaria sufficiant. Insumum est igitur, ut quasi cujusdam loco remuneracionis presentationem patronorum in fundatis vel donationibus ecclesiæ sacerdotes instituantur, nullo profecionis vel servitio discrimine.

Ecclesiasticus patronus habet ad presentandum mensis sextus quartus. Ecclesiasticus non potest variare, tunc pmi. b.d.

Sunt tamen inter Ecclesiasticos & laicos patrons, plures differentia. Nam a Ecclesiastico ad presentandum sex mensibus concedetur spatium, Laico quatinus tempus datur. Et videtur optimo ratione inducendum, ut longius præfigatur tempus Ecclesiastico, quippe & quibus semel facta presentatione, amplius variare mitiatur: quod in Laicis diversum statuit.

Episcopus qui instituit secundo loco presentatum, in paten: netus prævidere etiam primo presentato. b.d.

Sed si laicus, enī plures præfendantis tributa est fidelitas, primò Ioannem instituendum offerat, secundo Ioh. Paulum utrumque idoneum, Ordinarius autem secundum loco presentatum instituit, videamus, an prius appellare valeat? & statim est de secundo factam inhibitionem infringit non posse: Episcopum tamen qui primo loco presentatum dolo recusavit admittere, recusat in competenti beneficio providerest, compellatione ut in eo puniri, in quo eum deliquerit coactum.

Legatus de latere potest derogare iuri patronatu. Inductus non laicorum. Ecclesiasticus patrono reddenda non presentatum patronata Ecclesia: sicut laico. b.d.

Legatus o. etiam beneficium in presbiterium Reditum in laicis diversum accidat. Item Ecclesiastico patre de temporalibus rebus ratio debet exhiberi, quod in lib. eo minimè obtinet.

Patronus laicus potest deferre ad superiora, item prædictio: dans bona Ecclesia, cuius est patronus. b.d.

Icibus a tamen patrono laico, si facientem et colat in Ecclesiam rebus fraudare cogantur, aut honesta illum conventione competere, ut Episcopo vel competenter Iudici corrigenda deminuit: quod in talia agere tenet & Episcopus, Metropolitanus ejus haec humiliabit: fin autem & Metropolitanus talia gerat. Principis hac auribus (si aliter Ecclesia constulit non polle) iniuste non differt.

Ius patronatus transmittitur ad quiescens heredes: & post sucedentes uni, habent vocem unius, nec hares patrum inflatione mutare potest. b.d.

Successione quoque ius patronatus acquiritur: quod quidem procedit, sive sui, sive extinctorum, sive ex testamento, sive ab intestato sive heredes. Plures tamen uno ex patronis Ecclesia relieti heredes, vocem dominatam unius habebant in presentatione Rectoris, nec jam institutos mutare poterunt.

Si patronus in presentatione non sive concordet, attenuetur magis & melior pars. b.d.

Et si e forte in plures partes patronorum se vobis in præsentando diviserint, ille præfendantis est Ecclesiæ

a C. i. c. de juri patron. in 6. b. C. p. a. b. in ext. A. n. 10. c. c. u. m. in gl. c. Ca. c. i. c. d. l. b. in ext. de juri. patron. d. C. a. f. u. v. l. 16. q. 7. e. C. g. u. m. i. n. ext. de juri. patr.

fin. q. 7.

si; qui majoribus juvatur meritis, & plurim approba-
tur consensu.

Si Ecclesia ob patronorum discordiam detrimentum patiatur,
potest Episcopus interdicere divinit. h. d.

Quod si ita similitates inter eos orta fuerint, ut sa-
cerdos suo ibi officio canonice fungi non possit, si a-
liter providerit non poterit, praecepere debet Episcopus, ut
ibi missarum solennia non celebrantur, donec patrini ad
concordiam redeant: quod si intra quatuor menses fa-
ctum non fuerit, tunc ordinet Antistes Ecclesiam, sicut
melius eam secundum Deum judicaverit ordinandam.

Episcopus potest ex causa Ecclesiam patronatam secundum cer-
tam formam commendare. h. d.

Quod si necessarium aut expediens esse duxerit, pote-
rit etiam interim Ecclesiam alicui commendare: ita
tamen, ut si parochiam sit Ecclesia, nemini commendar-
tur, qui non sit in sacerdotio contitus: nec hujusmodi
commenda ultra semestris temporis spatium vires suas
porrigat: nec in unius persona, unica fieri poterit.

Episcopus in Ecclesia juris patronatum iurorum ex causa potest
panem acornos, qui colligant fructus ergando in utilitatem lai-
corum. h. d.

Erit b. etiam Episcopo facultas in Ecclesiis, in quibus
Ecclesiastica persona presentationem non habet, si
vel minus idonei presententur, vel alia de causa aliquos
in eis instituere non valeat, economos ponere, qui fru-
ctus percipere debeant in Ecclesiarum utilitatem erga-
dos, aut his qui quandoque instituentur, fideliter reser-
vandos.

Patroni possunt convenire de presentingando alternis vicibus, &
plures simul possunt presentari, ut ipsi Episcopos eligat instituen-
tibus. h. d.

Sed e. ut facilius provideatur Ecclesiis, non inconve-
niens vixit, patronos ipsos inter se posse liberè
convenire de Rectore ab eis alternis vicibus presentan-
do: quibus etiam ex eadem causa permititur, ut plures
ad vacante Ecclesiam presentare valeant, ita ut unus ex
eis eligi possit per Episcopum, & admittat.

In patronatus donari potest, sed ob donationem non prejudica-
tur juribus Episcopaliis: vendi autem non potest, nisi cum uni-
veritate. h. d.

Donatione d quoque jus patronatus acquiritur. Vi-
cūm ius, quod quis in Ecclesiis haberet, in aliquem li-
beraliter conseruit: que si fiat Ecclesia, aut loco religioso,
quamvis abique aliena Episcopi facta fuerit, efficax est
confenda, sed per eam Episcopibus iuribus in aliquo
non derogatur. Sed si quis dato precio a. hujusmodi
iurius comparare ausus fuerit, talis contractus irriterat
et inimicus, nisi tale ius cum universitate rerum tempo-
ralium transferretur.

Episcopus non potest spernere patroni presentationem. Patronus
non potest quam propria auctoritate instituere, sub pena eccommuni-
cationis. h. d.

Quemadmodum autem ad presentationem patroni,
debet Episcopus clericos instituere: et quod spretis
fundatoribus de vacanti Ecclesia disponuerit, eum iuris:
ita etiam patronus autoritatem Episcopi negligeare non
debet. Quod si laici f. auctu temerario propria authori-
tate ad institutionem processerint, tam ipsi anathematiz-
feriendi, quam etiam perperam instituti clericis commu-
nicione sunt privandi: qui si etiam adhuc persistierint, a mi-
nistro Ecclesiastico & ordine deponendi erunt.

Patroni putativa presentatione tenet.
Iudicium g accidit, ut ejus qui patronus non est, pre-
sentatio tamen rata sit habenda. Ut cum ordinariis ad

ejus presentationem clericum instituit, qui & juris patron-
narus erat possessio, & patronus credebatur: nam si postea
jus patronatus aliis in judicio evicerit, institutus non
debet propter hoc ab Ecclesia removeri.

Nemo potest scipsum presentare. h. d.

Iacet & autem patronus alios presenteret, scipsum tam
quamquam clericus sit, presentare non potest,
quantumvis idoneus sit, & quibuscunque studiis juvetur
& meritis: cum nullus Ecclesiastis lete officii ultro
impossit cerebeat.

Nemo sibi beneficium confert, veluti nemo se presentat: nec ve-
catur beneficii tenet collatio, aut presentatione premisso. h. d.

Sunt autem institutiones collationibus in quibusdam
similes, in quibusdam vero dissimiles. Similes sunt,
quia quemadmodum is, qui scipsum presentat, institu-
endus non est: ita etiam is, ad quem pertinet collatio b, le-
ipsum non potest instituere, cum inter dantem & accipi-
entem distinctio debat esse personalis. Item quemad-
modum vacatura prabenda non tenet regulatiter colla-
tio: ita etiam promissiones de non vacancibus beneficiis
Ecclesiarum, in quibus quis ius obtinet patronatus, nullo
jure substitutum.

Capitulum sede vacante potest instituere presentatores: idem
potest vicarius sine speciali mandato Episcopi. h. d.

Dissimiles sunt, quia eti Capitulum sede vacante
beneficia, qua ad collationem Episcopi pertinent,
conferre non possit: presentatos tamen a patronis potest,
si idonei sint, admittere & instituere. Idem obtinet in
vicario: quia licet sine speciali concessione conferre &
non possit, presentatos tamen instituere & minimè pro-
hibetur.

In Rectorem parochialium Ecclesia potest presentari etiam non in
facti constitutus, licet sicut in libera collatione: in qua tamen potest
differari cum ei, quod est constitutus in minoribus. h. d.

Sunt etiam in eo dissimiles, quod in rectorem paro-
chialis Ecclesia, etiam non in factis constitutis presen-
tari potest, dummodo alia sit idoneus. & infra tempus à
jure constitutum ad ordines, quos ipsius Ecclesiae cura re-
quirit, promoveri valeat. Collatio autem fieri non potest,
nisi in persona ejus, qui factem sit in subdiaconatu consti-
tutus: cum histamen, qui in minoribus sunt ordinibus
constituti, sitales sint, qui infra breve tempus possint in
Presbyteros ordinari, dispensari poterit.

Patrono defertur circa honorem, & vita necessaria submini-
stranda. h. d.

Defertur autem patronis non solum circa presentationem,
verum etiam circa honorem processionis, &
circa necessarium vite subsidium. Nam si aut ipsi aut il-
lorum filii ad inopiam redacti fuerint, illis erit modeste
ab Ecclesia succurrendum. f

In patronatus tollitur costis, Collegii constitutione, Ecclesia de-
stitutione, delecti perpetratione, h. d.

Tolleratur ius patronatus cessione: utputa, cum quis id
Ecclesia, in qua jus habet hujusmodi, conferendum
duxerit. Item, si quis Ecclesiam sine sui reservatione ju-
ris, collegiatis fieri patiatur. Eò amplius constat, si aedes
facte incendio consumptæ fuerint, vel etiam terramotu,
vel viro suo corruerint, extinguiri jus patronatus necesse
est. Sed si patronus atu nefando Rectorem vel clericum
ipsius Ecclesie per se vel per alios occidere, vel mul-
tilare atus fuerit, tam alias penas, quam juris patrona-
tus amissionem sustinet debet. Idem juris est, si patro-
nus efficiatur hereticus: cum enim bona hereticorum u-
nivera sint confiscanda g, merito cum ista universitate
etiam jus patronatus interibit.

a C. ext. ex. n. b C. cum vos. ext. de offic. in do. c versific. e. ut de iur. pat. d C. de iur. pat. in b. e C. quia clerici, & f. ex. de iur. pat. f C. præterea ext. d. ii. g C. consultationis. ext. d. ii.

a C. per nostram ext. d. ii. b C. si ext. de inst. c C. 2. ext. ne-
sed. va. d C. si de off. vicar. in b. e C. ex frequentia de off. f. C. quicunq. fidelium. 16. q. 7. g C. vergent. ext. debaret.

Bbb 2